Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Scia

acipe. et iustifica animam tuam
ante obitum tuum operare iustitiam. quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut fenum ueterascet et sicut folium fructificans in arbore uiridi. alia deiicitur. et alia oriuntur. sic gratia carnis et sanguinis alia finitur. et alia nascitur. Omne corruptibile opus in fine deficiet. et qui illud operatur ibit cum eo. et omne eius cum tempus iustificabitur. et qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus uir qui in sapientia morabitur. et qui in iustitia meditabitur. et in sensu cogitabit. circumspectionem dei. Qui excogitat uias illius in corde suo. et in abscondito illius intelligens. et audens post illam quasi in uestigatore. et iuxta illius considens. Qui respicit per fenestras illius. et in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius. et in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad latus illius. ea requiescent in casula illius bonum. Statuet filios suos sub tegumine illius. et sub ramis illius morabitur. Protegetur sub tegumine illius a feruore. et in sole requiescet. in tinet.

XV

Qui timet deum faciet bona. et qui continens est in iustitia apprehendet illam. et obuiabit illi quasi mater honorificata. et quasi mulier a uirginitate suscipiet illum. Cibauit illum pane intellectus. et aqua sapientiae salutaris potauit illum. et firmabitur in illo. et non flectetur. et continebit illum. et non confundetur. et exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesiae aperuit os eius. et adimplebit eum spiritu sapientiae et intellectus. et stola gloriae induit eum. Iocunditatem et exultationem thesaurizabit super eum. et nomine eterno hereditabit illum. dominus deus uir. Omnes stulti non apprehendent illam. et obuiabunt illi homines sensati. homines stulti non uidebunt eam. Longe enim est a superbia et dolo. uiri mendaces non erunt illius memores. et uiri iniqui non inuenient illam. et successum habebunt usque ad inspectionem dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris. quia non est ab eo missus. quoniam perfecta est ab eo sapientia. sapientiae enim dominabitur laus. et in ore fideli hinunda bit. et dinatore dabit eam illi. Non dicas per eum abest. Que enim odit ne feceris. Non dicas illa me implanauit. Non enim necessarii sunt ei homines impii. Omne execratum erroris odit dominus et non erit amabile timentibus deum. Deus ab initio constituit hominem